



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

§. Decimus Quintus. Summarium.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

traff. de Vicario Episcopi lib. 1. quest. 2. & quest. 37. gloss. ca. bene quidem verb. prater Romanum dist. 96. Abb. cap. Ecclesia sancta Maria num 5 de consir. ca. ab excommunicato num. 6 de Rescript. Conluetudine enim aut praescriptione sola laicus talem iurisdictionem acquirere non potest. Abb. c. causam de praescript. & d. c. decernimus, DD. iam laudati Covarru. Releff. cap. alma mater de sens. excom. Greg. Sayrus d. loco. nisi tamen ea sit immemorialis. Navar. cons. 6. num. 4. de immunit. Eccles. cap. super questionum & prater de verb. sig. d. hoc iure §. dicitur ff. de aqua pluui a arcenda. At e contra stant multae rationes quae ex theoria Abbatis adfertur possent. d. cap. cum veteri de elect. Nimirum in consilium assumi etiam posse eum qui particeps officij esse non potest. Abb. ibid. num. 12.

§. DECIMVS QVINTVS,
SUMMARIUM,

1. Cathedralicum unde vocetur.

(198) ET quia saepius ex multiplice relatione percipimus, quam plurimis Ecclesijs & illis praesidentes Episcopos tam citra quam ultra mentes vexari, in eorum iurisdictionibus iuribus & dominijs, ac turbari a domicellis principibus & nobilibus eorundem, qui sub colore iuris patronatus quod in beneficijs Ecclesiasticis habere consingunt, nullo privilegio Apostolico suffulti, sine ordinarij collationibus & litteris & absque aliquo saltem colorato titulo beneficia non solum clericis sed etiam laicis conferre, sacerdotes & clericos delinquentes ad eorum libitum punire, decimas omnium rerum & ad quarum solutionem de iure tenentur (199) ac cathedralicum & alia quae legis dioeceseanae & iurisdictionis sunt & ad Episcopos duntaxat pertinent, tenere auferre fraudare usurpare seu & ut praemissa fiant mandare ac ipsa & fructus quoscumque ne a civitatibus terris & locis eorum extrahantur, prohibere feuda possessiones & praedia occupare, & indebite detinere seu ad feuda & bona ipsarum Ecclesiarum eis concedendum ac Ecclesiastica personis per eos nominatis conferendum minis &



& terroribus ac alijs vijs indirectis inducere & compellere & alia quam plurima damna jacturas & iniurias Ecclesijs præfatis inferri non modo permittere sed etiam expresse mandare (200) præsumunt.

SCHOLIUM.

(198) **E**T quia sæpius ex multiplici. Pontifex hic à moderatione exemptionum transit ad reformationem laicorum qui multis modis in præjudicium libertatis Ecclesiasticæ de qua superius scriptum, *Scholio 7.* clericis & rebus Ecclesiasticis præjudicium inferunt. Quæ quidem materia cum non concernat exemptiones quarum enucleationem mihi proposui subsisto.

(199) *Ac cathedraticum & alia quæ legi dicæsanæ & iurisdictionis sunt.* Cathedraticum sic vocatur quia pro honore Cathedralis datur. *ca. placuit. 10. quest. 3.* dicitur & synodaticum quia in synodo solvi consuevit. *ca. olim de censibus.* elegantius eulogia dicitur munificencia quædam ab eo quod est bonum & logosid est sermo quia munuscula bono sermone & cum animi gratitudine dantur recipiuntur. *que. ca. de eulogijs dist. 18.*

Solebant autem pro cathedratico solvi duo solidi, secundum estimationem illius monete quæ antiquitus ab initio solvi consueverat nisi circa solutionem minoris monete quæ modo est in usu fuisse præscriptum. *d. c. olim. Ioannes Franc. Papius de visitationib. part. 1. quest. 5. num. 13. & seqq. gloss. cap. conquer. recte de offic. ord.* Quod enim ex non usu solvendi cathedraticum minuatur aut libertas non solvendi acquiratur tradit Henricus Bottenus Beaxianus *tract. de Synodo part. 3. num. 94.* debet tamen non usus esse immemorabilis. *Abbas cap. fin. de consuet. & in cap. pervenit. de censib. Alex. cons. 6. vol. 7. Dec. cons. 85.* tempus enim illud, exemptioni à Papa vel Episcopo concessæ equipollet. *Henric Bottenus d. loco num. 90. & seqq.* Quæ autem posset quod Honorius Pontifex in *d. can. conquereute.* nomine solidi intellexit erit Iustiniani ævo aureus fuit dictus solidus eo videlicet quia nihil illi decesse videbatur. Solidum enim præfati integri torumque dicebant uti notat frater meus de re Nummaria præfati ævi *cap. 11. fol. 64.* aurei vero valorem pro varietate temporum variasse eodem capite ostenditur.

Porro Pontifex denotat hic Episcoporum duplicem jurisdictionem scilicet dicæsanam & jurisdictionis de utraque scripsimus alio in loco. *de iurisd. ord. in exempt. lib. 1. quest. 15.*

(200) *Præsumunt.* Itaque ut quispiam in hanc constitutionem impingat requiritur dolus & contempus ea enim est energia hujus verbi præsumunt.

Card.

Card. Clem. 7. quæst. 39. de privileg. Navarrus de alienat. rer. Eccles. num. 76. & notari i-
dem alio in loco d. lib. 4. quæst. 75 num. 4.

§. DECIMVS SEXTVS.

SUMMARIVM.

1. Impedientes iurisdictionem Ecclesiasticam incurrunt censuras Bullæ Cœnae do-
mini.
2. Libertati Ecclesiastica qua dicantur adversari.

Necnon considerantes quantum ex istam nostro & Apo-
stolica Sedis honori quam personarum Ecclesiasticarum
quieti & prospero statui non sine damnanda pernicie derogetur,
ac cupientes eos quos ad observantiam iurium virtutum præ-
mia non inducunt, tam adjectarum exaggeratione poenarum quã
adjiciendarum de no vo formidine à temerariis ausibus refrenare,
(201) omnes & singulas constitutiones quæ super decimarum so-
lutione & contra violatores & raptores Ecclesiarum & incendia-
rios agrorum depopulatores & tam S. R. E. Cardinalium quam Ve-
nerabiles Fratres nostros Episcopos & alias personas Ecclesiasticas
seculares & regulares capientes derinentes (202) & eorum iurif-
dictionem & iura quomodolibet indebite occupantes aut eos in
eorum iurisdictionis exercitio perturbantes seu molestantes eos
quoque ad conferendum beneficia Ecclesiastica personis per eos
nominatis aut alias de illis pro eorum libito voluntatis disponen-
dum ac feuda & bona Ecclesiastica in emphiteosim concedendum
aut alias vendendum temere compellentes (203) Nec non statuta
contra libertatem Ecclesiasticam facientes & ad præmissa auxili-
um consilium vel favorem præstantes hæctenus emanaverunt in-
novamus,